Et tunc incipies cum rubore nouissimum locu
tenere; Sed cum uocatus fueris uade et recube
in nouissimo loco. Ut cum uenerit qui te inui
tauit dicat tibi; Amice ascende superius;
Tunc erit tibi gloria coram simul discumben
tibus; Quia omnis qui se exaltat humiliabi
tur et qui se humiliat exaltabitur;
[illegible] uigil. sci mathei eua: Seq sci math: IX 9-12
In illo temp. Cum transiret ihs uidit hominē
sedentem in teloneo matheum nomine et
ait illi; Sequere me; Et surgens secutus est
eum; Et factum ē discumbente eo in domo
ecce multi publicani et peccatores uenien
tes discumbebant cum ihu et discipulis eius;
Et uidentes pharisei dicebant discipulis eius;
Quare cum publicanis et peccatoribus manducat
magister uester? At ihs audiens ait; Non
opus ualentibus medicus sed male habentibus;